

Causa est Virtus Optima & perfectissima, eaq; gemina; 23.
Sapientia & Justitia Universalis: Quarum illa Theoreticæ: tūm causa,
hæc Præctica felicitatis mater est. quæ geminæ

Non tamen h̄ic excluditur Deus Opt. Max. cum ille cau- 24.
sarum causa sit, & omnes res ab illo dependeant.

Ultima verba cū τῷ βίῳ τελεῖῳ, in vita perfecta duo com- 25.
prehendunt: i. τὴν αἰωνὸν perfectam ætatem, in qua viget ra- tūm tempo-
tio, constat judicium, & habitus virtutis maximè firmatur. ris circum-
stantia.

Illi⁹ perfectæ vite diuturnitatem; quæ uti una hirundi- 26.
ne adveniente vernam temporis constitutionem certo nobis pol-
liceri non possumus; Sic nec una dies vel exiguum tempus homi-
nem efficiet beatum.

Sed finis explicatio, inquies, Ethices propria est: non itaq; 27.
hic repetenda. Estq; finis
Politica cū
Ethica cō-
munis.

Est sanè ita: Verum ibidem explicatus fuit finis, quò cogni- 28.
tā ejus naturā in societate civili ad vivum exprimatur. licet illius

Una namq; & eadem est felicitas singulorum, quæ u- 29.
niversorum, sive Civitatis, quæ ē singulorum hominum tan- licet illius
quam partium felicitate coalescit, nisi quod hæc perfectionē & di- sit præstan-
vior est.

Partes namq; referuntur ad totum, & quò bonum est 30.
magis commune cum alijs, eo illud præstantius. Atq; hæc de fine
paucis repetere visum est, opera precium; Jam subjecti deline-
atio sequitur.

De Secundo.

De Subjecto hic agitur: Quod Politica ordine Ana- 1.
lytico tradenda, puta quæ ex numero disciplinarum Præctica-
rum vel Operatricium est, uti superius ostensum. Subjectus
necessariò
considerans

Est namq; illarum omnium primum officium, suum Sub- 2.
jectum explicare; Sic ultimo capite l.i. Eth. de anima tum per
se rationali, tum nātā μέγεξι rationali dicta egit. Eodem
fine in vestibulo Logices de prædicamentis egit, quod utrobi-
que materia vel Subjectum concinetur. B Sic